

quod adnotavit Pacius ad d. § fin. Universitatem heic significare corporum & jurium diversorum universale quoddam jus. Confirmat idem Donell. 6. Comm. 1. quamvis 5. Comm. 2. paulò aliter doceat, nempe per Universitatem adquiri, quando prius acquiritur Universitas, & per Consequentiam ejus universitatis res singule. Conferri tamen possunt cum his, que de Usucapione universitatum, ut adium, & de Usucapione rerum singularum in adibus, ut lapidum, lignorum disp. 7. th. 5. in princ. adnotavimus. (b) Successio etsi varia significat, ac sepe latissimè de omni re creatà accipitur, ut multis ostendit Vasq. in prefat. de Success. n. 5. Nobis tamen in hac juru parte nihil est aliud, quam unus in alterius locum concessio, ut is vicem eà in re sustineat. Ea concessio sive successio fit aut Universaliter, quam nos heic intelligimus, aut particulariter, de quo in § diutina 7. supr. de Usucap. Et licet Vasq. hereditatis & successionis unam eandemq; definitionem esse arbitretur: tamen nobis videtur verius, hæc inter se, tanquam genus & speciem, differre. Successio enim genus est, ut que non solum Universalis, sed & particularis esse potest: neq; tantum hereditas est universalis successio, sed & bonorum possessio l. 1. 2. 3. § 1. § bonorum 2. D. de bon. possess. Sed statim, quoad hoc posterius, inserat aliquis: immò & hereditatis adpellatione bonorum possessio continetur l. hereditatis 138. D. de V. S. E. adhuc hereditas & successio equè latè patent. Resp. nullibi traditur, quòd bonorum successio adpellatione hereditatis, veluti suo genere, contineatur: & ne quidem in d. l. 138. Nam ibi tantum hereditas & bonorum possessio in eo comparantur, quòd utraq; sint Juris nomina, non corporum, ut idem in l. 2. & 3. in princ. & § 1. D. de bon. poss. traditur. Ac quod l. Julia & Papia de heredib. & hereditatib. loquens ad bonorum possessiones & pratorias successiones extenditur, uti in d. l. 138. ex inscriptione colligitur: id non fit vocum proprietate, sed per interpretationem extensivam, quæ à mente legis vel disponentis præter verba eorumq; proprietatem sumitur, ut præclare Dn. Gædd. ad l. 138. ostendit. Quantum autem inter utramq; interpretationem intersit, attingit partim Everhard. in Topic. loc. à ratione legis largà 79. n. 4. & seqq. & paulò plenius Const. Roger. de interpr. Juris, qui vult ab extensivâ interpretatione generum ac specierum usum derivari non posse, sed potius eam præsupponere, generis & speciei relationem ibi non haberi. Hereditas igitur & possessio differetes potius ejusdè generis sunt species, quam ut hereditas sit genus & bonorum possessio ejus species. II.